



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. IX. & X. Addtio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Quibus verbis concessa proberetur exemptio, & an solutio census aliquod profer argumentum, abundè satis colligi potest ex pluribus decisionibus supra ad questionem 2. allegatis, quare hoc loco unicam tantum subjiciemus decisionem, ex qua distinctio generalis & specialis protectionis apparet, de qua in *glossis à cap. ex par. d. 1. ver. nostra protectionis de privilegiis*, quæ etiam ostenditur census solutionem, cessante tantum non sufficeret, junctam tamen aliis adminiculis, inducere statum exemptionis.

DECISIO XLII.
ILLUSTRISS. SERAPHINO.
Salisburgen. exemptionis Præposituræ.

Inter impressas
Seraphini
decisio 1025.

Luna 10. Maji 1593

SUMMARIUM:

- 1 Monasterium in sua fundatione susceptum sub tuitione Sedis Apostolicæ, an & quando censetur ab initio acquisitum Ecclesie Romanæ, & num. 3. & 4.
- 2 Oblatum efficitur ejus Ecclesie cui offertur.
- 3 Specialis protectio Papæ eximit Ecclesiam seu Monasterium ab Ordinario.
- 4 Initium fundationis Ecclesie multum facit ad ostendendum statum primitivum illius.
- 5 Facultas à Papa concessa Ecclesie ad eam pro Sacramentis ordinariam, arguit exemptionem.
- 6 Solutio annua quæ sit Ecclesie Romanæ, arguit exemptionem.
- 7 Per expressionem aliquorum casuum libertatis quando censetur d. libertas restricta.
- 8 Appellatione Ecclesie seu Monachi, veniunt etiam Monachi & persona ipsius Ecclesie, vel Monasterium exemptione.
- 9 Observantia ex actis multiplicatis probatur.
- 10 Enuntiatio Pontificum probant exemptionem, & num. 15.
- 11 Dicitio illativa, ea propter, inducit dispositionem.